

Triboniani, juris Rom. varias in contrarium variis temporibus mutationes, ejusque in omnibus partibus ambages, ex varietate scripturæ temporumque spinas tricasque, & alias labe propofuerat; ac evidentissime non esse jus illud ad Galliæ mores valde accommodatum ostenderat: & peritorum exemplo medicorum aliam longe breviorē juris docendi discendique viam u- sibus nostris monstraverat. At scriptum illud Soloni Galliarum Hospitalio lectum & probatum, cur lucem non viderit in ambiguo est. nisi si per hujus seculi mo- res, quo maxime salutaria quæque maxime displicent, quo nec vitia jam nec vitiorum remedia pati possumus, factum est, ut quæ boni publici quam privati in profes- sione sua commodi amantior hic noster conscripserat, post mortem demum suam legi voluerit.

### Prolegom. Cod. Leg. Antiq.

**M**agnum jus Romanum illo tempore naufragium fecit: quippe quod saltem Germanis, & ab iis oriundis propter rationem æquitatis discere, non autem propter robur sanctionum in foro laudare permissum fuit. VVif. Lib. 2. Tit. 1. l. 9. Forum jud. lib. 1. Tit. 8. Capitu- lare Karoli Magni lib. 6. Tit. 269. Vnde etiam nunc in Gallia Hispaniaque scholis ob solam æquitatis rationisque præstantiam studiose iuventuti prælegitur; non autem in judiciis, quasi necessario evincens, allegatur. Al- phons. Rex L 1. Tauri. Petr. Pithœus in Fragment. vet. Juriscons. Guil. Fornerius Comm. de Feud. Tit. 1. Al- phons. de Villadiego in Comment. ad For. jud. lib. 2. Tit.